



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

160. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

270 R E G I N O N I S L I B . II.
te vindicare nullatenus possunt.

De raptoribus virginum & viduarum.
Ex Concilio Meldensi.

Concil. Meld.
c. 64.

C L I X . Raptore virginum vel viduarum,
qui etiam postea voluntate parentum & cere-
tra. Require retro in primo libello de ordina-
tione Clericorum cap. C C C C X V I .

De eadem re. *Ex eodem, cap. LXV.*

Concil. Meld.
c. 65.
Burchard. lib.
s. c. 39.

C L X . Si autem qui necdum eas quas ra-
puerunt , cum voluntate parentum sub præfa-
to despensionis vel dotalitij nomine in conju-
gium sumptas habent, quando in omnium au-
res hæc fuerit constitutio promulgata , ab ea-
rum conjunctione separentur , & publicæ pœ-
nitentiæ subigantur ; raptæ autem parentibus
legaliter restituantur. Post actam vero publi-
cam pœnitentiam , si ætas & incontinentia
exegerit , legitimo & ex utrisque partibus pla-
cito conjugio socientur. Nam in his non re-
gulam constituimus ; sed , ut verbis magni
Leonis utamur , quid sit tolerabilius æstima-
mus. Quod si unus ex conjugatis obierit , is
qui publicam pœnitentiam egerit , & superstes
extiterit , iterare conjugium non præsumat , nisi
fortè Episcopus præviderit aliquam concede-
re indulgentiam , ut graviorem possit amovere
offensam.

De eadem re. *Ex eodem, cap. LXVI.*

Concil. Meld.
c. 66.
Concil. Rom.
sub Greg. 2.
c. 10. 11.

C L X I . Qui vero deinceps rapere virgines
præsumperit vel viduas , secundum synoda-
lem beati Gregorij dissinitionem ipsi & com-